


et inuolabiliter tenere et obseruare, nec, vllatenus vllo intempore, per se seu per alium, contra ipsa facere, verbo vel facto, seu de iure, nec / quouis causa, contra ipsa venire, quouis quesito, ingenio vel colore, Et vt premissa omnia, perpetua et stabili gaudeant firmitate. Jdcirco sigillum / iudicij ecclesie Curiensis, presentibus est appensum, Ast ego Volricus², de Richenstain superscriptus, quia premissa omnia et singula veluti premittuntur, / sic de meo consensu et voluntate, fateor esse vera, ipsaque sic peracta et consumata, Jdcirco Sigillum meum proprium presentibus iustimonium premissorum / apposui coappensum; Datum et Actum In Ciuitate Curiensi, Anno, Mense, Die, Hora, et loco, vbi supra Iudictione Sexta ut supra.



(SN.) Et¹⁰ ego Johannes preconis de Meringen constanciensis dyocesis clericus publicus auctoritate Imperiali notarius / Curiensis Quia premissis propositioni oblacioni donationi, dacioni ordinacioni, transtacioni, recepcioni, missionibus / aliisque omnibus et singulis premissis dum vt premittitur sic fierent et agerentur, loco et tempore predictis / vna cum honorabili domino Magistro Eleÿia¹¹ predicto, Magistro Hainrico Huober¹² doctore puerorum Curiensi / Gunthelmo Schorant¹³ canonico ecclesie Curiensis et aduocato de Froendenberg¹⁴ scilicet Ruodolfo / dicto Venr¹⁵ testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis, presens interfuj, ipsaque sic vidi / fieri et audiui. Jdcirco, ea, per alium, ad meum rogatum, me aliis negocijs propedito, in hanc / publicam formam redegi, signoque meo solito et consueto, vna cum appensione sigillorum / honorabilis domini Iudicis ecclesie Curiensis et dicti Volrici², consignauit, in testimonium omnium et singulorum premissorum / Requisitus pariter et rogatus.

Uebersetzung.

Im Namen des Herrn, Amen. Der Richter der Kirche zu Chur entbietet mit Bekanntgabe des Untenstehenden allen denjenigen,